Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

duo minuta quod est quadrans Vocans discipulos suos ait
illis Amen dico vobis quia vidua hec pauper plus omnibus misit qui
miserunt in gazophilacium Omnes enim ex eo quod habundant
illi miserunt hec vero de penuria sua omnia quecumque habuit misit totum victum suum.
Nil cum Subleuatis ihc oculis Item aliud Secundum Johem
Cum hec dixit pater sanctifica eos in veritate sermo tuus veritas est
sicut tu me misisti in mundum et ego misi eos in mundum Et ego pro
eis sanctifico me ipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate Non
pro his rogo tantum sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me Off.
De profundis clamauit ad te domine domine exaudi oratione meam Secreta
Miserere quesumus domine deus famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sa
crificium laudis tue offerimus maiestati ut pro hec sancta sumpne bene
dictionis gratiam obtineat et salutem eterne beatitudinis acquirat Per Com.
Ab occultis meis libera me domine munda et ab alienis parce seruo tuo Compl.
Diuina libantes mysteria quesumus domine ut hec salutaria sacramenta
illius proficiant ad participationem et pacem per quorum quantitatem dilectione hec
tue obtulimus maiestati Per Missa de s. Cruce
Nos autem glariari oportet in cruce domini nostri ihu xpi in quo est salus vita et
resurrectio nostra per quem salus et liberati sumus Per Nos misereatur nostri et bene
dicat nobis qui miserendo filium tuum pro nobis sanguine uiuificare crucis
uexillum sanctificari voluisti concede quesumus eos qui eiusdem sancte
crucis gaudent honore tua quoque ubique protectione gaudere Per
Epistola Apostolus factus CCCC xxx. Et et ad ibid.
Nil cum Ascendens ihc in hierusalem Secundum mathem
assumpsit duodecim discipulos suos secreto et ait illis Ecce
ascendimus hierusalem et filius hominis tradetur principibus sacer
dotum et scribis et condempnabunt eum morte Et tradent eum gentib